

roi. Philippe le Bel en profita pour lui arracher une dernière concession. Le 16 avril (1), Pierre de Savoie con-

(1) *Arch. nat.*, Trésor des Ch., J. 267, n° 56 (original et *vidimus*). — Coll. Dupuy (*Bibl. nat.*, mss.), vol. 518, f° 157 r° et s. :

Universis présentes litteras inspecluris, Nos P. de Sabaudia, prime Lugdunensis Ecclesie archiepiscopus, notum faemus quod nos, considerantes utilitatem et securitatem publicam maxime patrie Lugduncensis vicinarumque partium nostram esse et ad Ecclesie nostre utilitatem cederc, cum serenissimo principe domino Philippo, Dci gratia rege Francorum, qui pro publica securitate deffensioneque publica patrie Lugdunensis nos requisivit ut fcodum de Montanhiaco cum omni eo jure quod ad nos et Ecclesiam nostram potêst quomodolibet pertinere, jure proprietalis seu dominii, seu jure commissi, cum feodum ipsum aperlum et commissum nobis et Ecclesie nostre intendamus, transferamus ex causa permutacionis in ipsum dominum regem successoresque suos reges Francorum, permutacionis contractum inivimus de predictis ; et, ex causa permutacionis, eidem domino régi damus atque concedimus feodum predictum cum suo domanio juribus et perlinenciis suis et quidquid juris ad nos ecclesiamque nostram pertinet, sive in Castro de Montanhiaco seu fortalicio, sive in domanio, sive racione commissi, sive alia racione quacunque; pro recompensacione decenti conditionibus premissorum inspectis et condigna terre hereditarie cum mero mixto imperio jurisdictionne omnimoda alta et bassa nobis et Ecclesie nostre in locis congruis assidenda per dominum regem ipsum ; itaque possessionem premissorum realem idem dominus rex tune dp muni nanciscatur et non ante cum recompensacionem per nos successoresque noslros ab ipso domino rege successoribusque suis in feodum tenendam idem dominus rex nobis et Ecclesie nostre prestare promisit, et tenetur proborum virorum arbilrio juratorum communiter ponendorum. Premissa vero omnia et singula nos successoresque nostros complere, tenere, servare et non contravenire promittimus dicto domino régi solempniter stipulanti, nos successoresque nostros et Ecclesiam nostram et ejus bona pro premissis omnibus obligantes. Dictusque dominus rex nobis sollempniter stipulantibus preir.issam recompensacionem modo suprascripto faciendam nobis et Ecclesie nostre pfomisit, se obligans successoresque suos. In quorum testimonium et munimen, nos archiepiscopus prefatus sigillum nostrum presentibus duximns apponendum. Actum et datum Vienne, die sexto decimo mensis aprilis, annd Domini millesimo trecentesimo duodecimo,